




*J. Kragluer*


*de terra martijii instrumentis*

*Tab. XI. 37.*

*Amst. 1700.*



Early European Books. Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
1,332 4<sup>o</sup> 1617






Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
1,332 4\* 1617



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
1,332 4\* 1617



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
1,352 4 1617

1, - 332.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK  
DA 1.-2.S 14°



1 1 0 1 0 4 0 1 6 1 7 3

+ REX



A ξ Ω  
DE

SERRA MARTYRII  
INSTRUMENTO

ex Hebr. XI. com. 37.

DISQUISITIO HISTORICO-CRITICA,

*Quam*

Aspirante Deo Opt. Max.  
Suffragante Amplissima Facultate  
Philosophica.

Publicæ ventilationi exhibet

PETRUS KRAGLUND

Christian. fil.  
unâ Defendente

Pereximio & Ornatissimo

BAGGONE SEVERINI SEERUP.

In Auditorio



Anno MDCC. die 17 Decembr. Horis post meridiem confectis

HAUNIÆ, Ex Typographéo Reg. Maj. & Univers.





1, - 33

DET KOM  
DA 1.-2.9



1 1 0 1 0



Imprimatur,  
JOH. BIRCHEROD.  
Jani fil.





Σὺν Θεῷ.



nhelavit olim sitibundus Paganismus  
venenosō antiqui serpentis aculeō cē-  
strisq; stygiis percitus Christianum  
sanguinem, sāvierē in sacros Christo  
homines omnia in sāvitiæ gentilis re-  
gno conjuratione plusquam Catilinaria,  
& in innocuas Christianorum turmas,  
nullis nisi sanctæ constantiæ telis armatas, altè se immer-  
sit exquisitissima Tyrannorum crudelitas, qui ro-  
rulenta quasi vestigia feris posteris monstranti telluri im-  
brem induxere sanguineum, quem vel stringentes gladi-  
um, vel vibrantes securim, vel trochleis & eqvuleis lace-  
rantes, vel deniq; *Serris* dilaniantes extorqvebant è  
sanctissimis Christi Athletis, novas subinde mor-  
tes, novos sāvienti modos excogitantes, de in-  
strumentis nunquam solliciti sāvitiæ; Etenim meritō  
addubitaveris, an aliqua dentur instrumenta, quibus non  
armaverit Tyrannorum & Persecutorum phalanges. A-  
lastor infernalis, nil nisi exitium & *πειρολεθρίων* fidelium ma-  
chinaturus. Inter quæ ex Cacodæmonis deprompta arma non ulti-  
mo loco ponenda est *ferra*, quippe quâ fideles non pau-  
cos,

A

cos,

cos, quos inter & infideles perpetuæ antipathia *serra* est ducta, laceravit & excarnificavit rabidus Gentiliū Christo-Martyrum furor. Quod supplicium Paulo *Hebr. 11. com. 37.* memoratum dum in præsentiarum succincte exponere aggredimur, hoc quantum cunctis Schediasmatis ita in *duo* secare *membra* visum, ut in *priori* de hoc instrumento agatur in genere, quatenus fuit Christianis aliisque supplicium; in *posteriori* disquiratur de *morte Esaiana* rationesque illum *Serra* dissectum negantes proferantur.

### SECTIO PRIMA.

**R**ationem instituti nostri persequuturis adque scopum festinantibus nobis molesti hoc loco sunt de Etymologia *Serra* disceptantes, quam vel à *seco*, quia *Serra* quasi *secerra*, vel à Græcorum *σείρω*, vel à sono aut stridore juxta *Isidorum l. 19. c. 19.* duo enim RR expriment

— *Serra stridentis acerbum*  
Horrorem —

ut verbis utar *Lucretii*, vel denique à *Chaldaico* *סרר* derivant, Alienum etiam fore existimamus, si hic pensandæ Homonymiæ immoraremur, quippe quum unicuique facile pateat, *serram* hic non esse militarem: instrumentum, quod à strenuis directum ante frontem opponitur hostibus, ut turbata acies repararetur, cujus mentionem faciunt præter *Festum Veget. l. 3. 19.* & *Gellius Noct. Attic. l. 10. c. 9.* Nec esse Medicinæ instrumentum, quale alias apud *Camerarium in Comment. utr. l. p. 133.* sed sævitia sed afflictionis, non in *Machaonis* aut *Æsculapii* inveniendum arma-

DET KON  
DA 1.-2.9



1 1 0 1 0

est du-  
to-Ma-  
nemo-  
gredi-  
uo seca-  
ratur in  
; in pe-  
n Serra

copum  
Etymo-  
ia Serra  
strido-  
unt

privant;  
lae Ho-  
g facile  
rumen-  
ponitur  
tionem  
Attic.  
alias a-  
sed af-  
endum  
arma-

armamentario, sed inter exquisitissimas orbis quærendum  
carnificinas. Quis ergo non obstupesceret ad inauditam  
hujus instrumenti sævitiam? Hòc enim supplicio lege  
12 fabularum irrogatò nihil gravius visum Gellio l. 20. c. 1.  
itá exclamanti: *Quid videri potest esse efferatius? quid ab homi-  
nis ingenio diversius? quàm quòd membra & artus hominis ino-  
pis dissecarentur inter creditores distrabendi?* Confert ad im-  
manitatem hujus, de quo agimus, pretiosum illud di-  
ctum magni istius Ecclesiæ Antistitis Augustini, quippe  
qui non novit crudelius aliud supplicium, furentem si i-  
gnis flammam exceperis, vox ejus: *Domine hic ure &  
serra, ut in aeternum mihi parcas;* Quid; quod tam grave  
decantatum est apud veteres, ut atrocissimum quodq;  
tormentum nomine hujus venerit supplicii. Exstant &  
in Historia Susannæ haud obscura hujus sævitiae vestigia;  
Daniel enim, perductò ad examen privatum utròq;  
senum, qui prius pudicitiae dein honori & vitæ Susannæ  
sunt insidiati, alteri eorum, qui *ἰσὼ πείνον* compressam  
vidisse affirmaverat, ad arboris nomen alludendo inter-  
minatur, *πέσειν αὐτὸν τὸν ἄγγελον, serrà* dissecturum eum  
angelum Dei, cum tamen in illos falsi ut testimonii reos  
lapidatione erat animadvertendum, uti lege cautum, &  
meritò etiam, teste historiâ, animadversum. Respexif-  
se etiam hoc supplicii genus Christum *Matth. 24. v. 51.* ser-  
vo nequiori sævitiam Domini sui prædicentem, *διχοτομή-  
σειν αὐτὸν τὸν κύριον*, sunt qui volunt; Et istius vo-  
cabuli circa sensum eruendum scinduntur in diversa  
judicia commentatores, sed de hoc disceptare in præfens  
non vacat.

2. Ad scopum etiam nostrum pertineret, primum  
hujus

hujus supplicii inventorem indagare, unde verò hoc ha-  
 beamus, qui muta antiquorum sollicitamus monumenta,  
 quorum silentium ut reddidit planè ignotum crudele il-  
 lud caput, quod immane hoc introduxit suppli-  
 cium, ita non minùs obscuram tormenti hujus formam  
 tam deformem quàm crudelem dederunt antiquiores;  
 Duo illius memorantur modi, sed relinquitur Lectori e-  
 lectionis arbitrium. Sectos igitur alios medios quoad  
 latitudinem corporis, ductò à summo capitis vertice  
 principiò, discimus ex illo *Dionis l. 68. in Ziphilini Epitom.*  
*πλάγος δὲ ἢ μέσος δὸτὸ κερυφῆς διέπεσον.* Quod etiam haud am-  
 biguè innuit *Schildius in Calig. c. 27.* fundamentum conje-  
 cturæ suæ quærens in *Mulierculæ* haud muliebri voce a-  
 pud *Tragicum incertum à Cl. A. l. 4. Strom.* laudatum.

Ἀδ' ἐμπροσθεν τῆς ἐπιῆς Χρησῆς Φρενὸς  
 οὐτ' ἂν καὶ Δαυὶδαν ἔτε κερυφῆς ἐξ οὐρῆς  
 Δευτῆς καὶ Τριτῆς πείονας εἰς ἀκρῆς ἰσθμῶν  
 ἠύθις ἂν

Indulsiſſe autem illos dubio caret ludibrio magis quàm  
 cruciatui, qui caput primò locò dissectum dederunt;  
 Quis enim non observat, fissò capite, non potuisse non  
 exspirare hujus instrumenti sævitiam, omnemq; protinus  
 sensum mali cessare? Alium autem modum secandi o-  
 stendit *Gallonius in l. de cruc. Mart. F. XXX.* sistit enim Mar-  
 tyres medios dissectos quoad longitudinem, & staturam  
 corporis.

3. Instituti deniq; ratio exigat, ut exempla *παρῆσι-  
 κένων* nonnulla, è quibus de cæteris facile iudicium, è va-  
 riis selecta Auctoribus in nostras transferamus areolas, eã-  
 demq; fideiã duos dealbaturi parietes tacitè simul indice-  
 mus populos, quibus hinc inde ut variis ita orientalibus præ-  
 cipuè

cipue sævam hujus supplicii rationem usitatam fuisse  
 constat. En igitur sanguineam Martyrum *ferraginem* ! En  
 cruore Christiano stillantes Tyrannorum *Serras* ! Pro-  
 deat cordata illa Martyr Tarbula Simeonis Episcopi So-  
 ror nostramq; animet paginam; illa enim cum pedissequa  
 sua & sorore, quæ post obitum Mariti secundis renun-  
 ciaverat nuptiis, in custodiam tradita capitaliq; addicta  
 est supplicio, (inspiratum enim erat sævitæ virus cordi-  
 bus subditorum publico Regis Persarum Saporis edicto,  
 quò Christiani omnes morti destinabantur); Deperibat  
 autem Virginem unus Magorum, quibus jussu Regis in  
 Christianos erat animadvertendum, qui, propositâ sa-  
 lute & libertate, callidò illam ad libidinem & apostasi-  
 am invitabat consiliò. Illi autem, ut se sine fuce sine lar-  
 vâ Christianam demonstraret, animus non defuit extre-  
 ma potius quæq; pati quàm Magi satisfacere voluit petiti-  
 oni; nec mora, rapta est ad pœnam, stringebat & dilani-  
 abat artus *Serra*, illa autem non hominum implorat o-  
 pem nec ad humanam optat redire formam, sed ad cœle-  
 stem transfigurari gaudet, quarum historiam præter *Sozo-  
 menum H. E. l. 2. p. 234.* pertexit *Nicephorus H. Eccl. l. 8. c. 37.*  
 qui de morte illarum ita: *Πρίανι τὰς ἱερῶν ἐκείνας περιτέρας  
 διχῆ διελόντες ἀνεσκολόπιζον.* Juvat etiam Martyrem Thy-  
 sum, post tot exquisitissima tormenta, *Θηριομαχίαν*, puta,  
 præcipitium, flagellationem, plumbum liqvens & id ge-  
 nus plura fortiter sublata, immunem invictumq; lustrare;  
 Qui tamen sub Baudo Proconsule Cæfareæ Miletî tandem  
 postremam tulit lauream, etiam si etiam giganteas *Serra*  
 supplicii vires divina virtute superasset. Postquam n.  
 ut edocent nos acta ex MS. Velferi apud *Bollandum in Act.*  
*Sanct.*

*Sanct. p. 817.* Sectoribus Vitalio & Sabino aliquot inter secandū horæ essent exemptæ illosq̄ vires defecissent, apertus est locellus, in quo distentus erat Martyr, exientis autem Thyrsi calcaneum locello adhæsit, quod cum subolfecerit sponte se iterum ligno imponens placidè emisit spiritum, qui antè fuit Athleta mundi, tum autem verus Athleta Christi. Eandem fortunam expertus est Sarbelius Martyr Edessenus, qui cum Sorore Barbea binis lignis inclusus frustra *ferrâ sectus*, in Persecutione Trajani sub Præside Lyfia capitis tandem plectitur, martyriôq̄ coronatur, quippe quum nullô nisi mortem inferente supplicio fatiari potuit Tyranni immanitas, quod Martyrium allegato *Bollando p. 923. & Martyrologio Romano 39. Januar. memoratum.* Nec caruit immani hóc sævitiae instrumentô persecutio Diocletiani hominis *αμφιδέξις*, leoninâ non minus quam vulpinâ usi; inter alia enim Euphemiae tormenta, quæ Christo nomen dedisse deprehensa martyrii sub illo consecvuta est corollam, acutæ referuntur *Serræ* à Martyrol, Rom. X. Cal. Maji. Et quid attinet pluriūm fidelium *ferragine* chartas inundare; Quis enim hinc non colligeret insignem numerum Christianorum sexus inprimis seqvioris hoc instrumentô excarnificatum? quippe quum ita strenuè suas vices obiit hinc Tyrannorum sævitia, illinc fidelium Heroica & ipsis tormentibus admiranda constantia.

4. Demus etiã id Lectoris expectationi necesse est, ut alios *ἴδω* quos possumus, *ferræ* subjectos in conspectum demus, Ab hac igitur crudelitate non abstinuit Syriæ Rex Hazael, qui dum victoriam quæsit, Scipionem, dum sævitiam excercuit, Hannibalem se Gileaditis repræsenta-  
Ter

Terrâ n. Gilead expugnatâ, crudelis adeò fuit victor, ut sacra naturæ pedibus conculcasset prægnantes fœminas dissecans, ut nec intra viscera Matris abditi infantes hæc crudelia effugerent fata, quæ dolens & lacrimabundus *Elizeus* prophetico spiritu ipsi prædixit Tyranno, alienam à se fore hanc crudelitatem tum persuaso *2. Reg. 8. v. 12.* illiq; nomine Dei denunciat *Amos* pœnam hujus Tyrannidis *Amos 1. v. 3.* ubi plaustra ferrea Interpretantur *LXX Serras* ferreas. Inundavit etiam Romanos lues immanitatis hujus epidemica, licet barbaricum potius quàm Romanum fuisse hoc supplicii genus videatur innuere *Val. Max. l. 9. c. 2.* Sequiori igitur Reipublic. ævo inolevit hæc immanitas, regnante *Caligula* per omnes scelerum & flagitiorum gradus versatò, is enim primus theatra & circos cruentosâ civium Romanorum ferragine conspersit, illorumq; oculis invisæ hujus crudelitatis exhibuit spectaculum, & sævitiam sui ingenii per hoc etiam ostendens *multos honesti ordinis ferrâ dissevit* teste *Svetonio c. 27. in Caligul.* Nec ab hac immanitate sibi temperavit *Zerxes* Rex, qui suscip; deq; habitò promissò, quò se *Pythio* seni multorumq; liberorum Parenti obstrinxerat, quod ipsi esset potestas eligendi filium, cui vellet indulgendam fore militiæ vacationem, natu nihilominus maximum, cujus vacationem petebat Pater, *ferrâ* dissecari mediū jussit, referente *Herodoto in Polymnia l. 7. c. 39.* *Ἰὲς δὲ τὰυτὰ ὠπικράνατο, αὐτίκα ἐκέλευε τοῖσι προσέτακτο ταύτα πρῆσαι, τῶν πυθῖν παίδων ἐξευρότας τὸν πρῆσβύτατον, μέσον ἀετμῆιν.* Haud absimile *Valens* Imperator spectaculum dedit, qui cum *Procopio* certamine circa *Nicoliam* congressus infelicici Marte pugnavit fuga salutem quærere

CO-



coactus ; Procopius autem à proditoribus Comario & Agelone, injectis vinculis, in manus est traditus Valenti, qv̄i nihilominus in illos novô supplicii genere, jurejurandô impunitatis, qv̄o illis obstrictus, spretô, animadvertit & τοῖς περίουσι ἀπυθῶς διελὼν ἀπέκλεισε, scribente Nicophoro H. E. l. 11. c. 4. Quid Thraces memorare pluribus juvat, qvorum Regis Diogiridis filia Numulizinthi crudelitatem, etfi minùs admirabilem gentis ipsius feritas, de qua *Virgilius*:

*Heu fuge crudeles terras, fuge littus amarum.*

Narrandam tamen rabies sævitia fecit, qvippe cui neq̄ vivos homines medios secare neq̄ Parentes liberorum vesci corporibus nefas fuit teste *Valerio Max. l. 9. c. 2.* Sileo Masium Barresam Ducem Regis Ferdinandi, de quo *Pontanus l. 2. bell. Neapol.* Taceo similem Germanorum qvorumdam inhumanitatem Mercatorum, qvos anno 1389. in Emporio Svetia Stockholmensi noctu Svecos adortos esse, magnâq̄ strage editâ, Principes in arce *Serris ligneis* dilaniasse memoriae prodidit Magnus ille *Beyerlink p. 683. sub L.M.* Prætermitto libens Saladinum Ægyptiorum Tyrannum, qvem templarios milites *ferris* secandos curasse discimus etiam è *Beyerlink. l. cit.* Transeat Judæorum in Africa rebellantium, Andrea qvodam Duce, furens crudelitas, cujus meminit ex *Dione Ziphilinus in Trajano*, & inter alia crudelitatis specimina, hoc recenset: πολλὰς δὲ καὶ μέσας δούρα κορυφῆς διέπειον. Transeant deniq̄ alia ejusdem truculentia specimina, qvis enim in scenam produci posse crederet omnes illes, qvos hōc modô dilaniatos vidit universa Orientalis orbis plaga?

5. Non deniq̄ inusitatum nec incognitum fuisse ipsi

ipſi Judeæ & vicinis Judeæ locis hoc ſupplicii genus exemplum Ammonitarum, quos *ferris* ſuppoſuit *David* 2 *Sarv.* 12. v. 31. perſuaserit ſolum, ſuffragantibus *Polo* & *Grotio* ad *Hebr.* 11. Miraremur autem forſan *Davidem* Regem laudatiſſimum ab hac immanitate ſibi non temperaſſe, ſed quid mirum? quippe quum hanc in Ammonitas hoſtes populi Dei infenſiſſimos ipſiq; Deo valde in viſos exercuerit ſævitiam, in quos licuiſſe omne quicquid illi libuit juffu Dei nimium quàm notum eſt; Mirari igitur hoc tantò faciliùs nunc deſinimus, quantò plus in *Eſaia*, quod rimari oporteat, habemus.

### SECTIO SECUNDA.

1. **D**elineavit primitivos Chriſtianiæ fidei ſectatores, nullis non vexatos afflictionibus, aptiſſimis utiq; coloribus *Paulus* *Hebr.* XI. v. 37. Ἐμπεισιμῶν ἢ μαστιγῶν πείραν ἔλαβον, ἐπὶ δὲ δεσμῶν ἢ φυλακῆς, ἐλθροῦ θανάτου, ἐπειράθησαν, ἐπειράθησαν ἐν φόβῳ μαχαίρης ἀπέθανον. En, Lector, paucis ab Apoſtolo primorum Chriſtianorum faciem noſti! Memoratam in hoc paſſionum catalogo *Serra Sectionem* referunt ad *Eſaiam* Patres & interpretes benè multi, forſan præbentes ſe nimis credulos Magiſtris Hebræorum, *Eſaiam* à *Manaſſe* *ferrâ* diſſectum *lignâ* aſſerentibus; Quam ſententiam apud tot Patres tot jugiter ſeculorum decurſu receptam perpendens ſimulq; rationum contrariarum pondera librans, in quam propenderem ſententiam hæſitavi, ſine dubio ἐποχὴν aut ἀδιαφορίαν, niſi eâ nulla eſſet, electurus, prævidens mearum non eſſe virium vaſtum illud mare ingredi, ut auſim me tantæ tantorum nominum autoritati opponere. Sed quum

B

va-

vacillet hac in parte fides historica, nec sufficiat dicere: ita  
 sensit Hieronymus, ita Theophilactus, ita Epiphanius,  
 ita alii, nisi addatur solidum ejusmodi assertionis argu-  
 mentum, quò cum destituatur illorum traditio, ideoque  
 habeat è recentiori Ecclesiæ ævo eam non paucos in dubi-  
 um vocantes *Tostatum*, puta, *Abulensem in 4 l. Reg. c. 21. q.*  
*27. Calovium in Bibl. Ill. pref. ad Esai. S. Spanhemium in Introd.*  
*ad H. E. U. T. p. 86* aliosque, possumus ab illis, salvâ illorum  
 autoritate, in problemate utpote historico versati, dissen-  
 tire; abest tamen, ut hanc sententiam nimis asseveranter  
 urgendam putemus, ut potius facilitatem ejusdem tan-  
 tum detegere nobis sit in animo. Nimirum traditioni &  
 vagæ famæ nimium quantum tribuunt quandoque Patres,  
 quocirca periculosum non potest non esse pressè sequi  
 Patrum vestigia tanquam certa & indubia, ubi secundum  
 receptas traditiones magis quam Scripturæ ductum & ex  
 veritate loquuntur. Traditio igitur hæc nec in Scriptura  
 Sacra fundata, nec aliunde hausta quam è Lacunis Judai-  
 cis & Thalmude Babylonico, teste *Calovio in l. cit.* suspectâ  
 prorsus se reddit rancidis istis, quibus stipata est, fabellis,  
 quas prolixiori cura opus non puto repellere; Quis enim  
 in fidem tam insigniter esset facilis, ut assurgeret relati-  
 onibus, quæ de *instrumento, causa & circumstantiis mortis*  
*Esaiæ* circumferuntur; Instrumentum fingitur fuisse *ferra*  
*lignea*, quâ *Prophetam* videntem sibi mortem imminere ab  
 impio Rege & illis qui regiæ lenocinabantur insaniam, fu-  
 gaque salutem quærere volentem, exceptum à prægnante  
 cedro inque ejus stipite conclusum dissecandum curasse Rex  
 proditur. Judicent autem, qui judicio pollent, aliquam  
 an hoc speciem veri præ se ferat, *secari posse ferris ligneis* (de  
 erreis enim quis non credet,) truncum tam grandem. qui  
 homi-

hominem integrum admittere posset, & cum fuerit certū atq; usitatum hoc supplicii genus, quis non videt esse *ἀποκρυφόν*, quod in arboris latens sinu & non extractus adq; illud carnificinæ genus distentus hanc subierit poenam? De *causis mortis* similis est ex eadē fabularum officina traditio, quod idē in necē ejus conspiraverint Rex & Principes, quia acerbè illos increpare sustinuit, vocans eos principes Sodomæ & Gomorrhæ, vel ut honestam quādam speciem impietati suæ prætenderent, quod de intuitu Dei sit gloriatus seq; Deum super Cherubim sedentē vidisse scripserit adversus protestationem Domini *Exod. 33. v. 20.* Quis autem fidem huic relationi temere derogaret? cū increpationes illæ & visionis istius testificatio multis ante annis factæ, quā ad regni fastigium evectus fuerit Manasses.

2. Nihil igitur ponderis apud me habet Hebræorum autoritas Magistrorum, quippe quibus non difficile fuit artificium fabellas affabre ad eō adornare, ut aliquam historiarū speciem repræsentent, plurimum autem Scripturæ silentium plusquam tacitum hujus sententiæ argumentum; nec dubium quin hoc ipsum *ἐποχὴν* tot eruditis loci Paulini interpretibus nihil hic determinare ausis imperaverit. Fingat verò *Justinus in Dialogo cum Tryphone* silentii causam, Judæorum sc. malitiam & perfidiam, quā surreptum opinatur & erasum esse è Sacro Codice testimonium de hacce *Esaiana* nece, ast ubinam hoc exstiterit indicasset; Certè in eo fallitur judicio Celeberrimi & de antiquitate Eccles. optimè meriti *Kortholti in Comment. ad Justin.* Etiam si enim certum sit jam ante Justinī ætatem variè depravatam fuisse *Ἰωὴν LXX* translationem, minimè tamen ex Judæorum destinata malitia id est profectum, & fanè quæ *Hieronymus in cap. 6. Esaiæ* ac *Augustinus l. 15. de Civ. D.*

ε. 13. adversus corruptionem Hebræi Codicis urgent argumenta, heic etiam militant. Ac notari potest esse inter ea, quæ ut Judaicæ depravationis exempla producit Justinus, de quibus constat, quod in nulla Sriptura Canonica & Authentica locus illis fuerit, ut potius aliunde in Codices græcos, quos ipse vidit, perperam irrepsisse talia censerī debeant, quàm Judæi hujus furti sunt accusandi.

3. Nec levi quidem brachio, quod sciamus, patientis hōc modō *Esaiæ*, memoriam tangunt vel Princeps Historiographorum *Eusebius*, vel *Flavius Josephus*, qui in numerosissimo flagitiorum Manassis catalogo, quem pertexit l. 10. c. 4. hanc ejus in *Esaiam* crudelitatem omisit & ne verbo saltem indicavit.

4. Minus deinde commoda nimisq; contorta est expositio *Primasii* auctoris *Commentariorum in Epist. ad Hebr.* (quæ immeritō *Haimoni* tribuuntur, multa enim, teste *Cave* in *hist. litt.*, in commentaria sua ex *Primasianis* transtulit *Haimo*, unde nonnulli hallucinati *Haimoni* ea deberi censuerunt) quæ ita jacet: *Hic pluralis numerus pro singulari positus est; neminem enim legimus sanctorum sectum nisi Esaiam Prophetam, quem fecit secari ferrâ lignea Manasses.* Non enim potest tolerari hæc audacia, quâ asseritur præter *Esaiam* hoc *Serræ* supplicium subiisse neminem, quod è loco citato *Paulino* ne ipse quidem *Oedipus* colligeret; Et quid opus confugere ad *Enallagen* numeri *Scripturæ* quidem non inusitatam, in præsentī tamen loco, quod arbitror, minus necessariam, nihil enim vetat sed multa svadent de pluribus in citato loco *Apostolico* dictum esse, cum ignoret nemo nullum non tormenti genus ingeniosam *Tyrannorum* crudelitatem excogitasse & ex superiori sectione appareat raptatos etiam ad hoc *ferræ* supplicium fideles, quorum

rum exempla hic congerere foret *Serram* per eandem lineam reciprocare.

5. Sed nondum hoc præcipuum est, minus omne quod assensum moratur, hætenus enim saltem *Serræ* Manassis non fuisse subjectum *Esaiam* demonstratum, nunc etiam ne subjici quidem potuisse probandum, ducto è silentio Manassis in inscriptione Prophetiæ *Esaiæ* argumentò; Quis enim credet illum hõc tam appositò locò superfluum mentione Regis, si tempora ejusdem in regali residentis folio attigisset? quippe quum non tacuerit reliquos Reges, sub quibus prophético fungebatur munere, ab extremo igitur imperii *Oziæ* tempore ad *Ezechiæ* ultimam, quæ non exisset, protendit se ætas *Esaiæ*, deportatis jam X. tribubus, quod tam certum est, quàm certò fidi-mus Celeberr. *Spanhemio* in *H. E. Ep. 6. p. 85. & Spondano ad Annal. Baron. p. 113.* qui ita loquitur: *Quod autem reliqua omnia, quæ à 39 capite usq; ad finem prophetiæ habentur, Esaias deinceps Ezechiæ vivente vaticinatus fuerit, inde colligi potest quòd in principio prophetiæ suæ nullum Regem ponit Ezechia posteriorem, sub quo ea præ-nunciase suspicari possumus. Sed dixerit quis coævum quidè fuisse Manassi Esaiam, sed tum temporis defuisse prophetare; suffecerit respondisse, supra fidem & verum esse videri, quod non prophetarit, quando major erat oblivio Dei, major religionis contemptus, mo-rumq; corruptela major; vergentibus enim ad excidium rebus Israelitarum, excitavit Deus continuam Prophetarum seriem, qui non solùm scriptis sed & ore rebellem populum flagitiorum arguerent & ruinæ admonerent imminentis.*

6. Urgeri deniq; posset ab Apostolo omissa *Esaiæ* mentio, quor-sum enim id silentium nominis Prophetæ? Existimare saltem convenit illum, cum in antecedentibus speciali omnium fidelium recensu non abstinuerit, eorumq; & nomina & gesta graphicè & περιγραφήσ descripserit, *Esaiæ* quoq; si qua fuisset controversa hæc ejus sectio, mentionem aliquam facturum fuisse, præsertim cum nec dubitaverit alibi memorare nomina, quorum aliàs in Sa-cro Codice silentium in propria sede historiæ, nomina sc. Mago-rum Ægyptiacorum Jannem & Jambrem à *Paulo* habemus 2 *Tim. 3, v. 8.* à *Mosè* omissa in historia *Exodi*. Ut brevitatis studio alias sic-co præmittam pede rationes, in quibus forsàn huic sententiæ plus

plus esset subsidii, sed quum allata assensum dudum extor-  
quere videntur, pedem hic figens hoc unum dicendum habeo,  
non aded improbabile esse *Serrâ* dissectum esse *Esaïam*, probabi-  
lius tamen non esse dissectum.

Tantum.

COROLLARIA.

- I. **A** pud Autores probatæ fidei per duo priora secula vix patro-  
cinium inveniet vox Pontificis & Sacerdotis.
- II. Perperam scripsit *R. S. Jarchius* in *X. Sam. 14. v. 25.* mel istud  
quod baculô suô degustavit *Jonathan*, Sylvam cum  *Davide* & to-  
to exercitu pertransiens, fuisse *Sacharum*, & dum *Drusus* in pur-  
gando *Jarchio* laborat, satis gravi errori se ipsum alligat.
- III. Consuetudo humani mortuos etsi sit humanitatis plena, neu-  
tiqvam tamen jus naturæ nih *κατὰ χριστιανικῶς* salutare potest.
- IV. *Ψυχὴ* sæpius ponitur apud Græcos pro cadavere, frustra ne-  
gante *Bellarmino*, quocirca verba illa *Psal. 16. v. 10. ex versione*  
*Ἰωάν LXX ἐκ καταλήψεως τὴν ψυχὴν μου εἰς ἅδου* rectissime à *Beza*  
redduntur: *Non relinques cadaver meum in inferno.*
- V. Errat *Beza* dum statuit Eunuchum *Æthiopæ* baptizatum esse  
à *Philippo* ad fluvium *Eleutherum*.
- VI. Non assentior *Casaubono* *Μεγάροον* nomen unius *Furiarum*  
ex *Hebræo* *פריז* *Serra* derivanti.
- VII. Inscitiam suam produunt, qui credunt *Apellam* esse nomen  
appellativum & *Judæum* recutitum eâ voce significari quasi sine  
pelle.
- VIII. Ruinosum est fundamentum *Chiriomanticæ* in *Job. 27. v.*  
*7. à Goclenio cap. 1. de Chiro, §. 15.* aliisq; nimis audacter ostenta-  
tum.
- IX. Pervetusta illa traditio de bove & *Asino* cunis *Christi* assi-  
stentibus malè à *Baronio* *Scripturæ Sacræ* testimoniis *ἀπεσδιονύσις*  
probata est, inde à *Bocharto* jure explosa.

